



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiquo Veroque Eius Insvlae Qvam
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

Aurelius, Cornelius

Antverpiæ, 1586

Oratio per eundem Corn. Avrelivm composita in persona summi Pontificis,
quando Imperatorem coronat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38123

CORNELII AVRELI
DIADEMA IMPERATORIVM,
SIVE DE CORONATIONE
MAXIMILIANI IMPERATORIS,
DEQ. BONI IMPERATORIS OFFICIO.

*Oratio per eundem CORN. AVRELIVM compo-
sita in persona summi Pontificis, quando Imperatorem
coronat.*

QVANDO QVIDEM Imperatoriam
maiestatem, non legibus solum, ve-
rum etiam armis ornatam esse oportet; ut il-
lis ciues in pace foueat, & his in hostes forti-
ter vindicet: nostræ semper fuit consuetudi-
nis Ser^{me} fili, ut qui ea per nos decorari cu-
piat, eum paterno affectu tum admittamus
& obseruemus & veneremur, quum nos eum
præ cæteris virtute animi, & corporis robore
atque opibus præstare videmus. Credimus
enim & iam olim exploratissimum habemus
nihil posse inueniri nostris rebus magis con-
ducibile, quàm eum Imperatorem in quem
cumulatissimè ea congesta sint omnia, quæ
veteres legimus irrefragabiliter obseruasse.
Rogas quæ? Audi fili, & inclina aurem tuam
nobis, & nonnulla eorum tibi recitabimus
euidèter. Oportet itaque in primis eum qui
imperiali cupit diademate insigniri, irrepræ-
hensibilem esse & sine infamia atq. crimine,
morum disciplina probatum, frugalis vitæ,

sancti

G 2

non

non auri prodigum, nec sibi sed ecclesiæ
(quam & re & sanguine tenetur defendere)
thesaurizare. Deinde, religionem colere,
Deum reuereri, fide Catholica rectè im-
butum, hæreses è medio tollere. His quoque
gratiæ dotibus, naturæ dotes conuenit non
deesse, vt se iustè magnanimum, perseue-
râter fortem, modestè temperatum, utiliter
liberalem, honestè magnificum, & aman-
tè affabilem, omnibus valeat exhibere.
Addimus iis imperatoriæ congruere maie-
stati, vt eam omnis planè intelligat Christia-
nus deliciarum esse ignarum, solis æstus-
que patientem, frugali paruoque conten-
tam cibo, balneorum nesciam, vmbrae &
fomnolentiæ negligentem, omnis denique
laboris patientem. Præterea vt ad militiæ
veniamus exercitia, egregiam in præliis na-
uare operam, ciuibus assistere, summo co-
natu hostes ecclesiæ profligare, nullum di-
scrimen, nullum periculum, nullum deni-
que mortis genus pro iustitia & æquitate,
pro incolumitate reipublice, & pro omnium
côseruatione Christianorum, metuere. Pri-
mum inire prælium, eoque confecto vlti-
mum decedere, non suæ salutis fuga consu-
lere, sed contra hostes fortiter stare in præ-
lio Domini. Delectum facere militum,
non oportuna

oportuna castrorum loca prouidere; lento-
 que, sed terribili ordine in aciem prodire,
 hostibus tubarum fonitu & clamoribus
 Stentoreis terrorem incutere; persequi fu-
 gientes & capere; suorū cateruam sitne ho-
 stibus impar, an superior, considerare; mon-
 tem vicinum, nequid obsistat, inimicis præ-
 ripere: loci qualitatem aut congressus, ne
 sol aut puluis aut ventus obsit, accuratissi-
 mē prospicere; ac ita demum se diuinæ or-
 dinationi & ecclesiæ precibus committere.
 Ceterum memoriæ proditum habemus,
 nonnullos Imperatores, quum admirabi-
 lem & diuinam propè Christianæ reipubli-
 cæ nauassent operam, immortales tum à
 mortalibus laudes accepisse, quòd eos vul-
 gus non humano sed diuino in lucem con-
 silio susceptos existimarent. Carolus et-
 enim ipse cui Magno cognomen est, quas
 pro Christiana republica ediderit operas, ne-
 mo omnium est qui ignorat. Hunc ut præ-
 decessores nostri memoriæ prodidere, noui-
 mus ferendi auxiliij gratia Romanæ Eccle-
 siæ, in Italiam innumerabilem exercitum
 traiecisse, hostibusque prælio fractis & pro-
 fligatis cum victore exercitu sese in Gallias
 recepisse. Sex præterea lustrorum spacio,
 cū obstinatissimis Saxonibus, collatis signis

dimicantem, eum ita demum superiorem
 in sua rediisse, hostesque coactos Christianæ
 veritati, relictis idolatriæ spurcitiis & errori-
 bus, accedere. Omittimus illas omnium am-
 plissimas quidem victorias, quibus gloriosif-
 simus ille Imperator de Sarracenis & Hi-
 spanis triumphauit. Nec aliorum fert animus
 gesta referre principum, quod nimum & plus
 æquo pro angustia temporis nostra esset pro-
 uehenda oratio. Hoc unum dixisse modò suf-
 ficiat, præclaros omnes omnia sua consilia,
 vires & ingenia, ad tuendam Christianitatis
 rempublicam infatigabili animo contulisse.
 Eos tu serenissime fili non solum mirari, sed
 etiam imitari & potes & debes. Et quid di-
 cemus? Nisi tu eas & quidem tam singula-
 res tibi ab optimo maximo Deo naturaque
 dotes (vt accepimus) concessas, ad Christia-
 norum gloriam laudemque contuleris, om-
 nes in te frustra collatas haud immeritò po-
 terit vnusquilibet affirmare, & fateri te unum,
 proh dolor, fuisse Imperatorem, qui Roma-
 num infaustis auibus dedecoraueris Impe-
 rium. Et quanquam plurima sunt virtutum
 genera, quæ à Cicerone, Cneo Pompeio at-
 tribuuntur, nec abiiste secernendum esse
 volumus; tamen in eo potissimum studio te
 cupimus expeditum inueniri, vt laborem
tuum

tuum in obeundis negotiis, fortitudinem in periculis, industriam in rebus bellicis & familiaribus, celeritatem in conficiendo, consilium in prouidendo, & æquitatem in iudicando admirentur & celebrent vniuersi. Verum enim verò, quoniam hæc omnia & forsitan digniora non diffidimus in te inueniri posse: (nisi à tuis degenerare velis progenitoribus) serenissime fili, si ex more maiorum tua sponte & integerrimo corde paratum te offers ad præstandum nobis fidelitatis iuramentum, secundum literas imperiales aurea bulla munitas, & in Romanæ ecclesiæ archiuis diligenter repositas, accede huc, & coronam imperialem tuo capiti imponere non tardabimus.

Post hæc summus Pontifex accepto iuramento accedens inungit eum in Imperatorem, & capiti coronam imponit, dicens:

ET quoniam tua sponte atque vltronea voluntate hoc te fili sacramento astringisti, vt nunquam à Christiana republica deficias; quin ei, vbi casus tulerit, præsidium præstes, eiusque hostes propellas, atque vt vno omnia explicemus verbo, eum te facile exhibeas, qualem optimum decet esse Imperatorem: iccirco diadema sacri Imperij

G 4 tuo